



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold
Francofurti ad Moenum, 1708**

VD18 10184902

De Beguinis. Tit. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

Quod capite 18. etiam correctionis & disciplinæ modus proponitur religiosus magis, quam servent mores hodierni. Nempe hic: Post cibra morita, panis & aqua; in choro & mensa sequestratio: deinde cum discretione vel horum disciplina: carcer: tandem Episcopi judicium; cui etiam reservantur peccata criminalia omnia.

Harum Canonissarum, seu Canonicarum; *Novel. Just. 59.* seu 6 *Sanctimonialium;* ut d. *Regula & Sigebertus ad annum 820.* ante Concilii Aquilgranensis tempora, multæ fuere congregations. *testantib. b. litteris Ludovici Pii ad Archiepiscop. Salisburg. Molon. lib. 1. de Cano- nici cap. 15.* & quidem in Belgio Nivellenses & Andenses, cum libero, ut afferunt habere documenta, instituto; sine voto regulari, à D.D. Gertrudo & Begga Pipini I. Brabantæ Ducis prolibus fundatae. Sunt filiales alia alibi.

Habebant autem regulam aliquam ex SS. Patrum præscriptis defumptam, ut ex ea liberiori vita plures transferint ad vitam monasticam. Nivellense porro collegium à Papa Paschali II. brevem vitæ formam habet, sub vita tamen communis. Sed *anno 1136.* Imp. Lotharius bona divisa; primam partem hospitali, alteram Abbatissæ, tertiam se- ptuaginta duorum fratrum & sororum congregationi attribuit.

In hujusmodi Abbatisarum electionibus Papa Bonifacius IX. indebet, etiam carum non aprobato statu, decretum in canonis electionibus præcripta servari. *c. indemnitatis. §. penult. de elec. in 6.*

Habent Capitula Canonicarum Montensium & Nivellenarum à Sede Apostolica privilegia, ut Jure Ordinariorum haec sint exempta: coram Principe ejusque Concilio juri stant. *Zypaus de jure Pontificio Neuss. lib. 3. tit. de Regularib.*

TITULUS IV.

De Beguinis.

S U M M A R I A.

1. *Beguina que.*

2. *Earum Institutor quis.*

3. An

*rvinus
Personis
et Ecclesiast.*

IV.

3. Z

456 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

3. An à Pontifice approba- *Hæreticos, Alemanno-*
tae, incertum. *5. Deinde restituta.*
4. Postea damnata propter *6. Pro Ecclesiasticis habita-*

I **A**ntequam ad Regulares veniamus, videndum de Beghina-
rum. Nec enim haec sunt regulares, nec statum habent peculiare-
m. Clem. I. de relig. domib. proindenon sunt religiosæ; quia nec
obedientiam promittunt ulli, nec propriis renuntiant, nec
approbatam ullam profitentur regulam; et si habitum, quem Beghina-
rum vocant, deferant, & aliquibus religiosis, ad quos affectio carum
trahitur specialiter, adhæreant.

2. Primus earum institutor & Patriarcha fuit *Lambertus le Begu.*
Leodii, qui eis ædificavit templum, ædes dedit & pomarium; opibus
auxit, S. Ludovicus Lutetiae Parisiorum maximam Beghinarum collegi-
multitudinem: ut & Philippus Nonmirallius. vide *Mir. in Chrona.*
Cisterciens. ad an. 1216.

3. Ob rei novitatem captus Lambertus ac Romam ductus, anno
1186. ab Urano Papa remissus perfecti institutum. Quod pro pio bis-
tus Urbanus ex effectu creditur; an probaverit incertum; quidam
volunt quod sic, & chartas Leodii absumptras incendio dicunt; five sub
Henrico, five Carolo Audace Brabantæ Ducibus, ejus Urbis vicem
intemperanter usus. *Zypetus de Jure Pontif. Noviss. lib. 3. tit. de Regulari-*
num. 8.

4. Postea, enatis per Allemaniam, sub hoc nomine forte & habitu
passim grato, hereticis Beghuinis & Beguardis, Begina Belgica, qui
in commune crimen ab aliquibus sunt vocatae; adeo ut Antwerpia
omnia eorum bona Ratiocinatores fiscales arripuerint, restituta tandem
post annos triginta, mandante Papa Joanne XXII. literis Avenione data
Anno 1322.

5. Damnavit enim quidem is Pontifex, sicut Clem. V. in c. *santa*
Extrav. Johan. de relig. domib. Fratricellos Beguardos & Beghuinas
exceptit tamen Belgicas, c. ratio. *Extr. com. de relig. domib.* generali con-
stitutione, & specialibus litteris Episcopo Cameracensi anno 1324. *ad*
Tome

Co
De
er Ben
G

Tornacensi Anno 1327. (idem credendum de Leodiensi & Ultrajectano) destinatis: quibus mandavit, ut in religionem, vitam, ac mores Beginarum sua diocecesos inquirerent; & si tales forent, quales d.c. vita describit, quae Praelatis reverenter obediunt, & per virtutum odo-
ramenta currentes, honeste vivunt, non paterentur innocentes cum no-
censibus ad paria judicari, sed ab omni molesta eximerent: compe-
scendo contrarios per censuras, etiam appellatione postposita.

Ea inquisitione facta passim tutatae fuere: & ab Ecclesiasticis per-
sonis & Secularibus Superioribus exinde pro personis Ecclesiasticis habi-
ta bona earum & loca communia pro Ecclesiasticis, status pro Ecclesia-
tho. Freder. *Luminus de Beguinis. Zypenus d. tit. 13.*

TITULUS V.

De Canonicis Regularibus.

S U M M A R I A.

1. Canonici Regulares qui & quomodo differunt à Secularibus.
2. Quotuplices.
3. In illos an habeat Jurisdictionem Episcopus.
4. Quid, si hic sit religiosus.
5. Simil & Episcopus & Abbas.
6. An Canonicus noviter electus fidei debet edere professionem.
7. Episcopus hisce Canoni-
- cis, in regulam tangentibus constituit Vicarium de Corpore.
8. Episcopus Ecclesia Cathedralis Regularis jurisdictionem habet in Monachos ejus.
9. Punit eos absolute.
10. Clerici Seculares in Regulari Ecclesia Regulare celebrant officium.

Mmm

II. T. 4.

*rvinus
Personis
et Ecclesiastis*

IV.

Z Z